

hi duo fratres à Diuino Magistro essent reprehensi, ab ira, ac indignatione cateri se cohibuerunt, at verò cum illos increpatos viderunt, statim indignatione contra eos insurgunt, valde frequens hæc est hominum consuetudo, vt in eos infremant, quos repulsa, ac increpatione deiectos vident. Vide supra cap. 33. n. 170. & 180.

Tertio. Omnes discipuli mutuum primatum ambiebant, vt Matth. 18. num. 1. Luc. 22. num. 24. Ac proinde ex quacumque coniectura suspicabantur, atque esse eis præponendum, & inde indignabantur. Ideo post solutionem didrachmatis statim contenderunt, quis eorum videretur esse maior, citato cap. 18. Matth. 1. Valde dura res inter pares velle principatum. Ideo Iacobus filium suum Ioseph reprehendit, ex eo quòd Puer suum principatum fratribus insinuasset. Philo lib. de Ioseph: *Increpauit eum Pater suus; timens ne quid ille peccaret? Nam expectare principatum inter domesticos, res abominanda est, me iudice.*

Quarto. Caietan. *Vt carnales adhuc, scilicet discipuli, ait, non sunt compassi ignoranter petentibus: sed indignati sunt agere ferentes, quod illi duo voluerunt omnibus præferri.* In hac expositiōne Iacobi, & Ioannis manifestantur duo, eorum ignorantia absque malitia; deinde eorum affectus, quo primas sedes ambiunt, vt aliis præcellant, non tamen dolent decem de ignorantia duorum, sed de secundo, quod voluerunt omnibus præferri. Primus, scilicet ignorantia, defectus fratrum erat; secundus, alios respiciebat, quod illi duo eis præfessent; Ideo ergo decem dolent de hoc secundo, quod ad eos attinebat, illisque minus deens videbatur; non verò de alieno crimine, quo alij maculabantur. Inde subdit Caietanus: *Non insurgunt contra mulierem, quæ petiit, sed contra filios ambientes primas sedes, quia non agere ferunt peccatum, aut ignorantiam, sed postponi.* In matre erat ignorantia, in filiis affectus aliis postponendi, & discipuli minus alienum scelus, quam proprium dedecus sentiebant, & ideo non in matrem, sed in discipulos indignantur, quia illi eis primiores esse volebant; non de culpa, sed de primatu obtinendo dolent.

Cum seroboam thus adoleret super altare, venit Propheta de Iuda, qui clamauit contra altare, quod scissum est, prædixitque Sacerdotes excellentiorum super illud esse occidendos, eorumque ossa concremanda. Tunc rex diuinis monitionibus non paruit, sed intrepidus manus in Prophetam iniicere tentauit, quæ paralyti correpta exaruit, statimque rex à sua superbia detumit, & ad humiles preces conuolauit. *Deprecare, ait, faciem Domini Dei tui, & ora pro me, ut restituatur manus mea mihi, 3. Reg. 13. num. 6.* Cur non pro altari corruente, cur non pro Sacerdotibus, in quibus erant multi eius amici, consanguinei, & fortè etiam filij, quos concremandos audiebat, deprecatur, vel etiam pro suo sacrilegio? Nihil de his agit, sed tantum externam manus ariditatem dolet, pro illiusque salute rogat. Theodoret. quæst. 42. *Id, ait, quod accidit altari, eum non suspexit: sed id, quod manus, valde anxius: cum autem esset valde stultus, supplex rogauit Prophetam, vt sibi peteret, non sceleris remissionem, sed manus curacionem.* Non de malo culpæ, sed pœnæ dolebat.

3. Reg. 14. *Id, ait, quod accidit altari, eum non suspexit: sed id, quod manus, valde anxius: cum autem esset valde stultus, supplex rogauit Prophetam, vt sibi peteret, non sceleris remissionem, sed manus curacionem.* Non de malo culpæ, sed pœnæ dolebat.

Theodor. quæst. 42. *Id, ait, quod accidit altari, eum non suspexit: sed id, quod manus, valde anxius: cum autem esset valde stultus, supplex rogauit Prophetam, vt sibi peteret, non sceleris remissionem, sed manus curacionem.* Non de malo culpæ, sed pœnæ dolebat.

Matth. 20. Non ita erit inter vos, sed num. 26. quicumque voluerit in-

ter vos maior fieri, erit vester Minister.

Num. 27. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.

Num. 28. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

VERSIONES.

Vatabl. n. 26. Non ita res habebit inter vos

D. Chrysof. Qui vult esse Dominus, sit seruus.

D. Hieron. Sed quisquis voluerit inter vos magnus fieri

Euthym. Inter vos maximus fieri.

Syriacus. Sit vobis minister, & seruus.

Arabicus. Sit vobis minister, & seruus.

D. Greg. Nyss. Qui voluerit inter vos primus, & magnus esse, omnium erit postremus, & omnium seruus.

Theoph. n. 28. Sicut filius hominis non venit, vt sibi ministraretur, sed vt ipse ministraret.

Græcus. Pretium redemptionis pro multis.

ALTER TEXTVS.

Marc. 10. Cohæret cum Matthæo.

EXPOSITIO VI.

NON ita erit inter vos. Vt inter Gentes primatum ambientes: Sed quicumque voluerit, vt vos vultis, inter vos, in hac vita nempe, maior fieri, seu vt alij legunt, magnus fieri, vt sit Prælati, Princeps, & Episcopus, erit Minister vester, seu seruus, vt legit Arabicus. hoc est, oportet, vt se exhibeat ministrum, ac seruum vestrum, incumbereque debet potius salutis animæ vestræ, quam proprio honori, ac commodo. Præclare aduertit hic D. Hieronymus. *Humilis, ait, Magister, & mitis, nec cupiditatis immodica duos arguit postulantes, nec decem reliquos indignationis increpat, & linoris; sed talæ ponit exemplum, quo doceat eum maiorem esse, qui minor fuerit, qui omnium seruus sit.* Et meritò sanè liberalia ingenia citius emendantur, cum de bono faciendo edocentur, quam cum de malo iam facto arguantur.

Et quicumque voluerit inter vos, repetitio est, vt res altius, ac firmiter menti imprimatur, & vt quanto quis maiori imminet dignitate, tanto magis se cognoscat, arctiori seruituti subiaccere. *Primus esse, princeps, seu maior aliis esse, erit vester seruus.* Hic aliquid maius exprimitur, quam superius. Plus est seruum esse, quam ministrum. Nam minister liber potest esse; seruus verò totus domini seruituti addictus est; ac proinde, qui Prælati,

Chrysol.;

128. Chrysof. Paschal. Alb. Magn.

Prælati, ac Episcopus est, totus addictus est bono, ac seruituti ouium. De hac seruitute ait D. Chrysolog. serm. 114. *Beata hæc seruitus, quæ dominationem generat sempiternam.*

Sicut filius hominis. Ego scilicet, ait, quem vos profitemini verum Filium Dei, ac regem totius vniuersi; & se ipsum proponit in exemplum, quo cuncti pastores, ac Episcopi informantur, ac instruantur, vt inquit Chrysofom. Paschal. Albert. Magn. quia non est discipulus super Magistrum. Modestiz, ac humilitatis gratia de se ipso per tertiam personam loquitur. Non venit in hunc mundum homo factus, ministrari, ad hoc quod seruus haberet, qui ei famularentur, corporalibus, & humanis obsequiis ad instar secularium dominorum. Sed ministrare, hominibus, ac eorum salutis, & vtilitati inseruire, frequenterque etiam ipse corporali labore discipulis ministravit: *Ego in medio vestri sum, sicut minister vester.* Et dare animam suam, id est, vitam suam redemptionem pro multis; pro redimendis hominibus. Græcus habet: *Pretium redemptionis.* Fuit enim Christi mors infinitum pretium nostræ redemptionis: *Pro multis.* Euthym. Theophylact. Albert. Magn. D. Thomas interpretantur pro omnibus hominibus, quia hi non pauci fuerunt, sed multi. Sic dicitur Isai. 53. num. 12. *Ipsæ peccata multorum tulit.* Rom. 5. num. 19. *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituntur multi.* Vel potest hæc dictio interpretari de fructu passionis: Nam Christus mortuus est efficaciter pro multis, scilicet prædestinatis, ac electis, sufficienter verò pro omnibus. Ita D. Hieronymus. Caietan. Iansen. Maldonat. Barrad. Cornel. & alij.

Græcus.

Euthym. Theophyl. Alb. Magn. D. Thom. Isai 53. Rom. 5.

Hieron. Caietan. Iansen. Maldon.

secus viam, audierunt, quia Iesus transiret.

Marc. 10. Et veniunt Iericho, & proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius, & plurima multitudo, filius Timæi Bartimæus, cæcus sedebat iuxta viam mendicans.

EXPOSITIO I.



EACTVM est autem. Post petitionem filiorum Zebedæi, quæ prætermittit D. Lucas, & narrat D. Matth. & Marc. Ex ciuitate ergo Ephrem sita iuxta Iordanem, per ciuitatem Iericho tendebat Iesus Ierosolymam, ad crucem; Cum ergo appropinquaret Iericho, quæ lunæ defectus interpretatur: *Cæcus quidam,* cuius nomen exprimit D. Marcus, Bartimæus: *Cæcus quidam.* Vnus, & singularis, quia cam figuram peccatoris gereret, tamen agnouit ad Iesum clamare pro sua salute, quod singulare est: *Clamabat.* Hugo, terrenis amore inhiens. Et verè cæcus, qui in rebus humanis requiem, ac quietem optabat: *secus viam.* Beda, cæcus sedet secus viam, dum incipit credere in ipsam, qui dicit: *Ego sum via, veritas, & vita.* Ioan. 14. Mendicans elemosynam petens. *Mendicans.* Hugo. Pauperes dicuntur mendicantes, quasi manu dicentes; potius petebat manu, ac necessitate, quam voce, ac clamore.

Cum audiret turbam prætereuntem. Quæ Christum sequebatur, ex qua quidam ibant, vt discipuli, vt docerentur; quidam vt mercenarij, vt sanarentur; quidam vt curiosi, vt noua miracula viderent; quidam vt maleuoli, vt obseruarent. *Interrogat quid hoc esset;* vt bonus discipulus scire cupiens.

QUESTIO I.

Vtrum eadem sit historia enarrata in tribus Euangelistis?

IVVS Matthæus duos commemorat cæcos, D. Marcus, & D. Lucas vnum. Deinde D. Matthæus ait, quod egredientibus illis de Iericho miraculum fuerit factum. D. verò Lucas, quod Dominus cum appropinquaret Iericho. Inde diuersas esse historias dicunt. D. August. lib. 2. de consensu Euang. cap. 65. Iansen. Barradas, & alij.

Quia tamen coniecturæ in vtraque historia sunt valde similes, ideo suadent vnam, & eandem esse historiam. Omnes Auctores hic accidisse dicunt in vltima profectiōne in Ierusalem. Cæcus, aut cæci constituuntur secus viam in Iericho. Omnes clamant eisdem verbis: *Iesu fili David, miserere mei.* Omnes Euangelistæ narrant, cæcos impeditos fuisse à turba, ne clamassent, ab omnibusque Christus quærit: *Quid vultis, vt faciam vobis?* In diuersis autem historiis, quod tot circumstantiæ adeo similes acciderint, valde difficile est. Ideo eandem esse historiam docent D. Ambr. Luc.

CAP. XXXVIII.

Cæcus apud Iericho.

Luc. 18. n. 35. Factum est autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans.

Num. 36. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset.

VERSIONES.

Vatablus. Euenit autem cum appropinquaret.

Arabicus. Cæcus quidam erat sedens extra viam.

Pagninus. Iuxta viam.

Syriac. n. 37. Sciscitatus est quisnam hic esset.

ALTER TEXTVS.

Matth. 20. Et egredientibus illis ab num. 29. Iericho, secuta est eum turba multa.

Num. 30. Et ecce duo cæci sedentes

D. Marc.

Hugo.

Beda.

Ioan. 14.

2.

3.

Ratio diff. cultus.

August.

Iansen.

Barrad.

4.

Eandem historia.

Ambros.

Luc.

Theophyl. Carthuf. D Thom. Maldon.

Luc. cap. 18. Theophylactus, Dionysius Carthufianus, D. Thomas, Maldonatus, Lucas Burgenfis, Cornelius, & alij.

Ad concordiam Euangelistarum dicimus duos fuisse cecos; vnum tamen fuisse in ciuitate Iericho valde famofum, & celebrem; idque ex hoc satis apparet, quod nomen eius, & patris eius exprimit D. Marcus. Sic ait D. Augustinus citatus: Bartimeus enim Timai filius, notiffima, & famofiffima miseria fuit, qui non solum cecus; verum etiam mendicus sedebat. Hinc est ergo, quod ipsum solum voluit commemorare Marcus, cuius illuminatio tam claram famam huic miraculo comparauit, quam erat illis nota calamitas. Quod vero D. Matthaeus ait: Egredientibus illis ex Iericho. Lucas vero cum appropinquaret. Dicimus vnum, & eundem fuisse hunc cecum, qui prius cum Dominus appropinquaret in vrbis ingressu, a Christo postulauit illuminari, cum vel a turba impeditus non audiretur, vel forte Christus dissimulauerit eum audire, vt eius fides, spes, ac perseuerantia exercitaretur. Altero vero die cum sciret Dominus esse exiturum a ciuitate, stetit iuxta viam, & egrediente Domino ipse simul cum alio caeco, postulauit ab eo, & simul obtinuit sanitatem.

QVÆSTIO II.

Quid significet cecus in via iuxta Iericho?

6. Origenes. Qui respuit mundum, fruitur.

ORIGENES in Matth. ait, per Iericho intelligitur mundus: quia dum quis est extra Iericho, mundana respiciens, promeretur videre Iesum, illiusque caelestibus donis frui. Origenes sic pergit: Mundum, & mundana omnia contemnentem, Christo duce ascendunt in Ierusalem caelestem. Christus enim per Iericho ascendebat Ierusalem, vt dixi in exordio expositionis.

7. Gregor.

D. vero Gregorius homil. 2. in Euang. ait: Notandum vero est, quod cum Iesus Iericho appropinquare dicitur, cecus illuminatur. Iericho quippe interpretatur Luna. Luna in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis, quia dum mensuris momentis decreuit, defectum nostrae mortalitatis designat. Dum igitur ait, conditor noster appropinquat Iericho, cecus ad lumen redit: quia dum diuinitas defectum nostrae carnis suscepit, humanum genus lumen, quod amiserat recepit. Aduerte quod Deus simul ad naturam humanam, ac nostram humilitatem, & simul lumina venerunt. Ad genus humanum, cum Deus menti appropinquat, simul illam omni dono, ac cognitione veritatis exornat. Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, Sap. 9. num. 4. Merito sapientiam veritatum indagatricem, vocat assistricem sedium diuinarum; vbi enim diuinitas adest, statim assistit veritatis reuelatio. Origenes in cap. 8. Ioan. Quandiu, ait, semina veritatis seruamus, nondum a nobis verbum discessit.

8. Ambros.

Per duos cecos Origenes, D. Ambrosius in cap. 18. Luc. sub finem: Duos cecos, ait, possumus dicere Iudam, & Israel, qui ante Christi aduentum cecati fuerunt, quia non videbant Verbum, verum, quod erat in lege, & Prophetis. D. Augustinus tractat. 10. de verbis Domini secundum Matth. per duo cecos accipit Iudaeos, & Gentiles, utriusque enim ignorabant viam salutis. D. vero Chryso- stomus statim citandus accipit solos Gentiles;

8. August. Quid significet per cecos?

Chryso- stomus

nam hi partim ex Cham; partim ex Iaphat prognati sunt. Possumus etiam per hos duos cecos accipere duplicem caecitatem, affectus scilicet, & intellectus; cecus enim affectus cecum reddit intellectum, eumque ob nimiam cupiditatem excacat.

D. Gregorius homil. 2. in Euangel. Cecus, ait, est genus humanum, quod in parente primo a paradysi gaudiis expulsus claritatem supernae lucis ignorans; damnationis suae tenebras patitur: sed tamen per Redemptoris sui praesentiam illuminatur, vt interna lucis gaudia, iam per desiderium videat, atque in via vitae boni operis gressus ponat. Cecus iste praefigurat genus humanum, quod in primo parente a paradiso expulsus, lucis supernae claritatem perdidit, & cecus effectus est, tamen per praesentiam diuini Verbi illuminatur, & internae lucis gaudia recipit.

D. Chryso- stomus homil. 36. Ideo autem, ait, cecati, quia nondum eis apparuerat vnguenta lex. Secus viam, id est, iuxta veritatem conuersabantur; sed veritatem inuenire non poterant, quia veritatis certior adhuc via demonstrata non fuerat. Cecus hic mundum cecum denotabat, sine lumine diuinae legis, & sedebat secus viam. Non in via, sed secus, seu prope, quia adhuc veritatem non inuenerat, adhuc via veritatis a Christo ei demonstrata non fuerat; & quandiu Christus non transit hominem quaerens, & viam ei demonstrans, cecus est homo, & cecus sedet. Vnde sic pergit Chryso- stomus, premens illud: Secus viam, sic ait: Sicut qui in tenebris ambulat, si semel viam perdidit, interdum tota nocte ambulat, iuxta viam errans, & non inuenit viam, donec superveniat dies, sic & homines in erroribus, vel peccatis, postquam Dei cognitionem semel perdidit, ad perfectam notitiam veritatis redire non poterant, nisi dies, scilicet Christus venisset, quamuis circa veritatem viuebant.

Erravi sicut ovis, quae perijt, quere serum tuum, Psalm. 118. num. 176. Ac si dicat, Ego peccando erravi, quare me, quia nisi tu me quaeris illuminando, ac ducendo; ego non possum te quaerere. D. Ambrosius lib. de bono mortis, cap. vltim. Sequimur te Domine Iesu, ait, sed vt sequamur, accersi; quia sine te nullus ascendit; in enim via es, veritas, vita, possibilitas, fides, premium; suscipe nos, quasi via; confirma quasi veritas, vivifica quasi vita.

Loquens Regius Vates cum Deo, Psalm. 38. num. 8. ait: Et substantia mea apud te est. Alij legunt: Substantia mea a te est. Quod de spiritualibus operationibus interpretatur Origenes: Si habeo substantiam spiritualium diuinarum, a Deo est. Deus respectu bonarum actionum est tanquam vita, & substantia, sine cuius ope, omne nostrum opus est veluti tanquam cadauer, ac quoddam corpus emortuum. Optime ad rem praesentem loquitur Nazianzenus orat. de se ipso, quae est ad finem: Nam sine ipso, scilicet Christi, ope, ait, omnes nos inania ludibria sumus, & vana, vt ita dicam, cadauera, sceleribusque foetida: vt enim nec avis sine aere volat, nec Delphinus sine aqua natat, ita nec homo sine Christi adminiculo pedem e terra efferre potest.

Luc. 18. n. 37. Dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret.

Num. 38.

Num. 38. Et clamavit dicens: Iesu fili Dauid miserere mei.

VERSIONES.

Arabic. n. 37. Nuntiauerunt ei, quia Iesus Nazarenus veniret.

Varabius. Cum retulissent ei.

Euthymius. Quod Iesus pertransiret.

Pagnin. n. 38. Et clamabat dicens.

ALTER TEXTVS.

Matth. 10. Et clamauerunt dicentes: num. 30. Domine miserere nostri, fili Dauid.

Num. 31. Turba autem increpabat eos, vt tacerent.

Marc. 10. Qui cum audisset, quia Iesus Nazarenus est, coepit clamare, & dicere: Iesu fili Dauid miserere mei.

EXPOSITIO II.

13.

Hugo.

Eccles. 24. Chryso- stomus.

Christi odor sentitur.

Theophyl.

14. Chryso- stomus.

Carthuf.

Ambros.



VOD Iesus Nazarenus. Diligenter nunc quaerit cecus, quis est ille, qui transiret; odorem Iesus senterat. Hugo: Nazarenus enim interpretatur floridus, & quasi plantatio rosae in Iericho, Eccles. 24. num. 14. Pro quo eleganter D. Chryso- stomus homil. 36. in Imperfect. Sicut enim, ait, rosa antequam videatur, sentitur: & antequam inueniatur; tenetur in odoribus suis: sic & Dominum transeuntem de longe, duo caeci antequam viderent, diuinitatis eius flagrantiam senserunt. Christus Dominum diuinum ex se inspirabat odorem, quo animae excitabantur ad bonum, & confortabantur in omni iustitia. Transiret; cum transit Dominus, facit hoc miraculum. Theophylactus in Luc. Et ne incessus Domini esset inutilis: in via fecit caeci miraculum: hoc documentum discipulis dant, vt in omnibus semus proficui proximis; & nihil sit in nobis otiosum.

Clamavit. Inquit D. Chryso- stomus in Imperfecto homil. 36. de duobus cecis, ait: Quia pedibus eum sequi non poterant, voce tenebant dicentes: Miserere nobis Domine. Significat sanctus Pater, cecos etiam fuisse claudos. Et clamavit, vt ait Carthufianus magno affectu, ac desiderio sanitatis. Iesu fili Dauid, id est, & verè Messia, quem Propheta ex semine Dauid nasciturum praedixerunt: Miserere mei. Eleganter D. Ambrosius: Homo factus hominibus miserere.

QVÆSTIO III.

Quare caeci clamantes vocant Christum, Filium Dauidis?

15.

Psalm. 131.

Chryso- stomus.

PRIMA, & communis solutio est; quod dum cum filium Dauidis dicunt, verum Messiam proferunt; satis enim vulgare erat in Scriptura, quod ex semine Dauid futurus erat Messias. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, Psalm. 131. Ex quo rectè clamat Chryso- stomus in Imperfecto Syluestra in Euang. Tom. 1 V.

Et, homil. 36. O acutissimus caecitatis aspectus. Quia quanti homines sani, & iuxta Iesum, qui via est ambulantes, hominem illum putabant: & duo caeci longè sedentes Deum prospexerunt. Secundò. Idem Chryso- stomus: Filium Dauid vocat cecus Dominum praeteruentis turbæ, laudem audiens, aut Prophetarum expectatione completa certificatus.

Tertiò. Tertullianus lib. 4. aduersus Marcion. cap. 36. Obiiciebat impius Marcion. Non bene cecum Christum filium Dauid acclamasse profanitate obtinenda: Nam si aliquando, ait, Dauidem in recuperatione Sionis offenderant caeci resistentes, quominus admitteretur: ideo Christus ex diuerso caeco subuenit, vt hinc se ostenderet non esse filium Dauid, & ex animi aduersitate bonus cecis, quod ille insserat cecis. Respondet Tertullianus: Atqui, & hoc filius Dauid, antithesim de suo commendandam. Nam, & qui Dauid offenderant caeci: nunc vero eiusdem indecoris homo supplicem se obtulerat filio Dauid, idcirco ei satisfaciendi quodammodo placatus filius Dauid restituit lumina. Rectè Tertullianus antithesim, ac vim argumenti retorquet in haereticum. Caeci magno odio extiterunt aduersus Dauid. Proposuerat enim Dauid in die illa premium ei, qui percussisset Iebusam, & tetigisset domatium fistulas, & abstulisset cecos, & claudos, odientes animam Dauid, 2. Regum 5. num. 6. Caeci crudeliter persecuti sunt Dauid, Cecos odientes animam Dauid. Inde ergo Christus, quia filius Dauid, tantum abest vt cecos insequatur, ac confundat; sed quia caeci infesti fuerunt parenti eius, inde peculiariter moueatur ipse, vt caecis beneficiat: Dauid offenderant caeci, idcirco ei satisfaciendi, filius Dauid restituit lumina. Longissime distat Iesus, vt pro malo malum rependat, & vt generis sui inimicos insequatur, sed potius eos eximio amore prosequatur.

Quartò. Idem Tertullianus citato loco: Qui hoc, ait, se cognouit, & cognosci voluit ab omnibus, fidem hominis, nisi melius oculatam, est veri luminis compotem, exteriori quoque visione donauit, & vt nos mercedem fidei nosceremus. Clamat cecus Iesum filium Dauid, ipsum verum Deum, ac filium hominis profitetur, quid inde consequens erat? nisi vt a Iesu postularet: Miserere mei, vt oculos eius illuminaret, est enim propria fidei merces, vt oculos habeat, vt superna, & alta mysteria penetret.

Quintò. D. Augustinus in Psalm. 109. Illi caeci, ait, ad viam sedebant, ibi transeuntem senserunt, & clamando tenuerunt. In via ergo saculi huius hoc transitorium sui Dominus operatus est, & hoc transitorium pertinet ad filium Dauid, ideo illi Domino transeunti clamauerunt, miserere nostri fili Dauid, tanquam dicerent, filium Dauid transeuntem cognoscimus. Demones saepe clamauerunt Iesum filium Dei; cur ergo a caecis tanto nomine non sic vocatur, sed filius Dauid nuncupatur? An quia demones maiores excellentias de Christo publicari volebant, quam caeci? Minimè. Sed cum audissent caeci, quod Iesu transiret. Ex transitu tamen excitantur ad praedicandam, ac cognoscendam hominis conditionem, est enim propria hominis conditio, vt non permaneat, sed semper sit in transitu. Hoc transitorium pertinet ad filium Dauid.

Nato Ioanne Baptista, in cuius ortu multa mirabilia contigerunt, quae homines considerantes

P P P dics

Gregor.

Genus humanum caecum est.

IO. Chryso- stomus.

Non in via, sed secus viam sedet.

Solus a Christo illuminatur homo.

II. Psalm. 118. A Christo illuminatur.

Ambros.

12. Psalm. 38. Alia lectio. Sine Christi ope opus mortuum cadauer.

Nazianz.

16. Tertull.

Inimicus maiorum nostrorum benefaciendū.

2. Reg. 5.

17. Tertull. Fides merces superna videtur.

18. August.

Dei propria permanentia, creaturae transiua.

19.